

alterum instituat, juxta hoc decretum) & ita tentum fuisse in Rota refert Flamin. Paris. de resign. lib. 6. qu. 5. n. 21. Gonzal. gl. 6. n. 13; 8. Riccius in pract. Eccles. consens. decif. 416. n. 2. Marefcot. variar. resol. lib. 1. c. 5. num. 1. Rota novissima per Ludovifum decif. 493. nu. 3. qui testatur idem fuisse tentum in Pampilonen. de Zal. 26. Junii 1609. coram Ortenbergo, & in alia Pampilonen. Parochia 27. Januarii, 1614. coram Coccino Decano.

224 Quod tamen intelligendum est, prout & rectè intellexit Nicol. Garcia de benef. 2. tom. 9. p. cap. 2. nu. 257. ut procedat, quando singuli presentati à Patronis laicis habent æqualem, seu æquales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus; nam si aliquis habereet plures magisque voces, hoc est majorem partem patronorum, is duntaxat erit examinandus, & idoneus repertus instituendus, juxta cap. 3. de jure patro. & ibi Glossa, Covarr. in regul. peccatum 2. p. 7. n. 4. Lambert. 1. p. 2. lib. quæst. 10. art. 3. num. 17. & 3. p. 2. lib. q. 4. art. 1. Joan Gutier. cano. lib. 2. quæst. 11. nu. 20. Vega in summa 1. p. cap. 36. casu 34. & est de mente præfatæ declarationis Cardinalium & Doctorum locis proximè citatis. Ita laudus Rota novissima per Ludovifum decif. 494. n. 3. affirmans ita fuisse dictum in Pampilonen. Parochia 27. Januarii 1614. coram Decano, nam attenditur major pars prædominans cap. 1. de his que sunt à 226 major. parte c. l. quod major ff. ad municipalem c. sedes de rescriptis. l. sed & si rem. §. 1. l. quidquid §. fin. ff. de acquir. rerum dom. & semper à potentiori fit denominatio, l. quaritur ff. de statu hom. Ill. in l. 1. in prin. n. 2. ff. de verbor. oblig. Rollan. à Valle cons. 23. ex n. 26. vol. 1.

227 Et hinc est quod licet in patronatu mixto non intret reservatio, procedit in mixtura æquali, at si pars clericorum habeat plures voces quàm laicorum, alteratur beneficii natura, & intrat reservatio, Gambarus in tract. de pote. lega. lib. 3. de pote. lega. in consens. benef. nu. 368. vers. fallit tamen & seqq. Covarr. in pract. quæst. cap. 36. nu. 5. post medium. Crescentius decif. 3. in princ. de jure 228 patr. & latè Gonzal. gloss. 19. ex n. 15. ac ideo quando plures clerici à patronis presentantur, unus tamen habeat plures & magis voces, is solus examinandus est juxta superius dicta, cessante concursu, prout ita pluries vidit practicum adductis processibus per viam violentiæ adhuc Regium Senatui, quo declaratur, vim nullam facere ordinarium, non deferentem appellationi interpolatæ per alium presentatum, minorem partem vocum habentem, ob non admissionem ad examen, seu concursum, quæ resolutio fallit quando habens majorem partem vocum, se subjicit examini, & concursui, quia sibi præjudicat, & perinde habetur, ac si habeat pares voces, ita fuisse resolutum in una decif. Pampilonensi Paroch. 27. Januarii 1614. coram Coccino Decano testatur novissimè Alexander Ludovifus d. decif. 494. sub num. 3.

229 Hinc succedit dirimenda illa quotidiana quæstio in supremis tribunalibus; an appellationi emisse à patrono ejusve presentato ad beneficium à collatione, seu institutione facta ab Episcopo, spreto, & contempto jure patronatus, non deferens vim faciat, sive in Parochialibus, sive simplicibus beneficiis (quando extrajudicialiter in istis fit provisio) in quo resolutivè affirmativam partem amplector; scilicet, vim fieri, quoniam hujusmodi appellatio est licita, quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum.

230 Quoniam certum est provisionem beneficii nullam executionem non mereri, sed appellationi deferendum ex his quæ à principio hujus capituli adduximus; sed hujusmodi collatio facta ab ordinario, spreto, & contempto patrono, jure patronatus, intra tempus datum ad presentandum, est nulla ipso jure, text. est in l. decernimus 16. quæst. 7. Abb. in c. cum Bertol. de re jud. n. 13. & ibi Fel. num. 8. & seqq. Prob. ad Monach. in e. 1.

de off. deleg. in 6. num. 14. Rochus verb. honorificum nu. 2. Lambert. 3. p. 2. lib. quæst. 2. Corraf. 4. p. cap. ult. num. 25. Joan. Nicol. Gimc. in enchirid. benefic. tit. 5. c. 7. à n. 9. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. p. 1. gloss. 2. & Mohedan. decif. 6. de jur. patron. alias 268. & alias 266. incip. resolutum fol. 221. per quem & Felin. in c. cum iner col. 3. de except. in tr. quod litera noceant. par. Dicit Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 2. q. 4. n. 3. optimè etiam per Spinam in specul. testam. gloss. 4. princ. à nu. 96. ex text. in c. decernimus, & in d. cum Bertol. de re jud. Ex eorum verbis (ibi irritam noveris) & ibi (irritam fore) constat, cum sint verba presentis temporis, quæ inducunt nullitatem ipso jure, per doctrinam glossæ in l. crim. C. de juris. omni. jud. & in c. 2. de hereticis lib. 6. verb. innotetur, & est commun. secundum Felin. in c. Rodul. 25. de rescr. Ill. in l. posth. nat. n. 25. C. de honor. poss. Men. in l. 1. n. 28. C. de juris. & facti ignoran. & sic sequitur, quod cum ipso jure nulla provisio, & collatio facta ab ordinario abque presentatione patroni, executioni, (sive simus in beneficiis curatis, à quibus sive extrajudicialiter, sive judicialiter procedatur, non datur appellatio suspensiva; sive simus in beneficiis simplicibus, in quibus non appellatur, quando extrajudicialiter proceditur, de quos nos latè supra lib. 2. c. 13. à princ.) executioni, inquam mandandam non esse, quam non meretur actus nullus, juxta l. 4. §. condemnat. ff. de re jud. & sic appellationi deferendum esse constat ex dictis hoc capite.

Quod tamen est declarandum, & intelligendum, 132 hanc collationem esse nullam, si ipse patronus reclamaverit, ac contradixerit intra tempus à jure concessum sibi ad presentandum, non aliàs sustinebitur, & valida remanebit transacto abque contradictione, probant Cardin. in clem. 1. de supplen. negl. pralat. sub nu. 11. Abb. q. 5. nu. 7. alios allegans Felin. in d. cura Bertol. nu. 10. & 14. & in c. cum ex off. de rescriptis. nu. 36. & in tract. quod litera Apost. lim. 10. Prob. in c. statutum de preben. Selva. de benef. 1. p. q. 6. nu. 15. & 3. p. q. 9. num. 2. Roch. d. n. 2. Lamb. ubi sup. & q. 8. art. 2. num. 3. & q. 9. art. 24. Rebuff. in praxi 3. p. sign. verb. nec non juris patron. §. 1. & de nominat. q. 17. n. 31. alias 11. & consil. 79. & §. 1. Corraf. & Gregor. ubi supra. Gambar. de off. deleg. lib. 3. à num. 34. Petr. Pequi. in regul. benef. nu. 16. in 6. Ferret. cons. 33. num. 1. Hieron. Gabriel. consil. 175. lib. 2. Perez de Lara de ann. & appell. 2. cap. 10. nu. 29. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 8. q. 10. num. 10. Zerol. in prax. Episcop. 1. part. ver. jus patro. §. 8. dub. 8. Caputaq. dec. 133. part. 1. Moheda. ubi sup. Put. decif. 412. lib. 1. optimè Spina. ubi supra in dict. gloss. 4. n. 99.

Et licet huic doctrinæ, seu declarationi plures 133 assignent Doctores rationes, nulla potior illa; nam nullitas collationis ab ordinario factæ, spreto patrono, cum sit inducta in favorem ipsius patroni, atque ideo ita demum est nulla, si ipse voluerit & non contradicat, quam reddunt Spina ubi sup. sub num. 99. Cassiodor. dec. 2. n. 4. de locato & Rota dec. 77. p. 1. div. Rot. dec. 10. de jur. patron. alias 528. in antiq. Nicol. Garc. de benef. 1. tom. 5. p. cap. 9. n. 258. nam ubi actus annullatur in favorem alicujus, subintelligitur tacita illa conditio, si voluerit ille in cujus favorem actus annullatur, gloss. l. filia prator. & ibi gloss. fin. ff. de injusto rap. latè Tiraquel. in tract. le mort suisit. p. 7. declaratione prima, ut in em. 135 phyteuta, qui si non solvit per biennium canonem, cadit in commissum, domino volente, & declarat l. 2. de jur. emphyteut. Bald. in l. fin. num. 4. C. de revocand. dona. Cuma. cons. 264. col. 3. Decius 146. & cons. 260. num. 8.

Et ista reclamatio inducitur non solum tacitè, sci- 136 licet presentante patrono intra tempus, sed etiam ex contradictione expressa locum habet, ita ex Mandos. Mohedano, & aliis adverteit Nicol. Garc. de benef. d. tom. 1. 5. part. cap. 9. n. 251. & 43. & in nostro casu, scilicet, data appellatione non est dubium, quia est contradictio expressa, nulla enim major contradictio, quàm appella-

appellatio, cum ea orta sit duntaxat ad impugnationem actus, ex toto tit. ff. Cod. & decretalib. de appellatione. & de multis actibus factis contra patronatus jus, 238 qui revalidantur subsecuto tacito, vel expresso patroni consensu: vide aliquos per Garciam ubi proximè & super. h. s. & quæ copiosè concessit Flamin. Paris. de resign. lib. 2. quæst. per. cor.

239 Sed inde incidit alia solvenda difficultas, an appellationi à clerico presentato ad Parochialem, afferente, se habere majorem, & sanioram partem patronorum & vocum; interjectæ à sententia, & institutione, seu provocatione ad examen alterius presentati ab alia patronorum parte, quem minorem habere, adversarius appellans contendit: non deferens ordinarius, imò ea postposita ad executionem, & possessionis traditionem tanquam Parochialis procedit; vim faciat. Et videtur 240 affirmativè dicendum, quoniam presentato à majori parte patronorum debet fieri institutio, ac præferti debet presentato à minori parte, text. est in c. quoniam, de jure patro. c. quia propter, c. auditis de electione, arg. l. quod major ad mun. c. prudentiam in princ. de off. deleg. 241 & quemadmodum hæc patronorum pluralitas consideratur, distinguendo inter jus patron. competens pluribus ut singulis, aut pluribus ut universis, bene explicat post alios Spina in specul. testam. gloss. sub nu. 88. vers. cum agitur, ergo facta institutio presentato à minori parte erit nulla, & per consequens appellatio legitima, ex dictis ad princ. hujus cap.

242 Secundo faciunt, quæ paulò ante dicta reliquimus ex c. decernimus 16. q. 7. de institutione facta contemptis, & spreto patronis; ut sit irrita ipso jure, ac propterea etiam in Parochialibus appellationem ab ea interpositam, utrumque habet effectum, devolutivum, & suspensivum; sed hæc contemnitur patroni ad quorum presentationem necessariò erit faciendæ institutio; ergo nulla aliter facta, & per consequens appellabilis.

243 Sed contrariam sententiam, imò in Parochialibus (à cujus provisione sive judicialiter, sive extrajudicialiter sit processum, appellatio non admittitur regulariter ex decreto Trident. sess. 24. de reformation. cap. 18. & motu proprio Pii V. nos latè supra lib. 2. cap. 13.) hujusmodi appellationi minimè deferendum; eo quod institutio sit presentatio à minori parte, ut appellans 244 præterdit, nam casu, quo à minori parte patronorum presentato fiat institutio, non dicitur contemptum jus patronatus, & ideo non est nulla ipso jure, siquidem text. in d. c. decernimus 56. q. 7. dum annullat provisionem factam spreto fundatoribus Ecclesiæ procedit, & locum habet, quando ipsum jus patronatus contemnitur; hoc est, quando beneficium pertinens ad presentationem patronorum, ordinarius confert illud ut merè collativum, tanquam ad ejus liberam provisionem spectans, nulla facta mentione patronorum, ad quos de jure competit presentatio, & quando ipsum jus patronatus spernitur. At quando ordinarius non ut merè collativum, & ejus liberæ dispositioni pertinens sed ut juris patronatus, illud quoque modo agnoscendo instituit, cessat ratio ac dispositio illius text. quod institutio non sit irrita ipso jure, qui quidem intellectus satis conveniens est menti, & verbi illius, quæ sunt hæc: Decernimus, ut quandiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites fuerint, pro eisdem locis curam habeant sollicitam, itaque Rectores idoneos in eisdem Basilicis, idem ipsi Episcopo offerant ordinandos, & si spreto eisdem fundatoribus rectores ibi idem præsumperit ordinare Episcopus, & ordinationem suam irritam noverit; & ad verecundiam sui, alios in eorum loco, quos ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari. Hactenus, cujus verba clarè probant nostrum intellectum, & est ex mente Doctorum, quos in sui comprehensionem superius latè adduximus à nu. 131. qui omnes hæc supponunt, tunc procedere hujus text. dispositio-

nem, annullantem contemptam ipso jure, quando scilicet, ordinarius instituit, vel contulit Ecclesiam absque presentatione, & ea spreto, sed ut liberè collativam, ut ex eis apparet.

Pro quo etiam fortiter facit, quod dicunt post alios 246 Caved. in tract. de patron. Reg. c. 8. nu. 3. seq. & Lara de ann. lib. 2. c. 9. n. 40. & seq. quod quando lis vertitur inter patronos super jure presentandi, ad quem pertineat, presentatus à possessore sustineatur evicto postmodum jure patro. à veris patronis. At verò quando lis non est inter patronos; sed inter patronum, & Episcopum, tunc evicto jure patronatus à vero patrono, removeretur à beneficio provisus ab Episcopo. Rationem differentiæ reddunt; quia hoc ultimo casu provisio fuit nulla ipso jure ex dispositione c. decernimus, non verò in casu precedenti, & non diximus inferius.

Et huic intellectui etiam favet non parum quod in 247 ter interpretandum d. c. decernimus, adducit latè Lambert. de jur. patron. 3. p. l. 2. art. 2. q. 2. princ. præcipuè à n. 7. & sup. ubi dicit in fortioribus terminis, quod quovis tuncque ordinarius institueret presentatum per aliquem non patronum; non dicitur institutio ipso jure nulla, quia non dicitur sprevisse patronum, juxta text. in c. illud ad fin. de jure patro. & idem Lambert. iterum ibi n. 44. quibus locis dicitur, tunc habere jus, & justitiam verum patronum instare pro revocatione, & irritatione illius presentationis, & institutionis subsequentiæ, non ut ab eo presentatus admittatur. Non verò est nulla & irrita de facto & ipso jure, & sic si ad presentationem veri patroni, licet minoris partis ordinarius instituat: jam agnoscit jus patronatus, illudque non contemnit, & ideo si contemptio non adest, nec nullitas ipso jure, licet sic injustitiam faciet instituendo habenti minus jus, cujus cognitio superior Ecclesiastico judici de appellatione cognoscitur, attinet, non Senatui Regio de violentia cognoscenti.

Aburdum enim magnum foret, si petenti fundum, 248 suumque esse probanti adversa sententia feratur à iudice, applicante alteri parti, declarantique huic pertinere: dicere hanc esse sententiam nullam, injustam tamen, contra quam remedia ordinaria appellationis à jure prodita sunt, non nullitas, quia cum sic lata adversus jus litigatoris, nulla non dicitur, ex his quæ Vantius de nullit. sent. tit. de mod. venden. process. sub n. 8.

Si enim ordinarius declarasset justum non habere jus 249 patronat. etiam si probatum haberet, sed adversarium; non est nulla sententia ipso jure, sed duntaxat injustitia, & quando non esse juris patronatus Ecclesiam, sed merè collativam declaravit, hoc est justum gravamen reformandum, & revocandum à iudice superiori adito per viam ordinariam appellationis, ergo multo minus dicitur nulla sententia, qua declaravit faciendam institutionem ad presentationem quorundam patronorum, qua minorem partem esse contendit adversarius appellans, cum idem sit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, & cui licet quod est plus, licet quod est minus, & si hoc casu daretur contemptus; sequeretur exinde, quod sive institutio fiat ad presentationem majoris, sive minoris partis patronorum, cum una sit relinquenda; dicerentur etiam contempti patroni, quod foret absurdum, cum semper foret nulla quævis institutio.

Ac ideo cum supremorum tribunalium auditoribus 250 non pertineat, regulare has voces, sed extrajudicialiter notoriam vim levare, nec adsit ex hoc capite nullitas notoria in sententia, sed duntaxat fortè injustitia, horum communiter praxis quotidiana obtinuit; ut in beneficiis curatis ex hoc capite vim non fieri per Ecclesiasticum, non deferentem hujusmodi appellationi, debeat sententiam, causamque ad eundem remitti, ut suam queat sententiam executioni demandare; & hoc jure utimur, maximè cum in hujusmodi processibus



circa jus patronatus inter compatronos vix aut raro de injusticia constat notorie, siquidem hinc inde tot, taliaque deducuntur, quae in iure, & in facto notabilem intricacionem, & obscuritatem praeferant quae tollunt notorietatem, & ideo minime suspendit appellatio ex iis quae exatè sup. à n. 34. cum seqq. secus si de notoria injusticia apparet abique aliqua intricacione in iure aut in facto. vide quae 154.

dicitur quod in verbis inferitur, & colligitur Bald. in l. ad probationem, l. 1. C. de probat. Angel. in l. prator ait. ff. de oper. nov. nuntiatio. quos referens sequitur Decius conf. 68. col. penult. latè & optimè hunc articulum examinat Vanti. de nullit. sentent. ex defect. process. à n. 118. cum multis seqq. & ideo ex hoc capite (quo raro aut nunquam contingit) sententia dicitur nulla ipso iure & appellabilis, non autem ex c. contemptus juris patronatus, & idem erit quando apparet evidenter & notorie de notoria injustitia, absque ulla intricacione in iure, aut in facto, quia tunc etiam efficitur causa appellabilis, latè dixi sup. à n. 34. cum seqq. & n. 150. quod vix contingit in iis casibus.

in ultima declaratione ipsius c. 7. super vers. super certa re assignanda. in ultima declaratione in hac verba: Sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. non habet pro revocata Bulla Pii V. de Vicariis perpetuis cum in hac limitatione in favorem monasterii, ut Episcopus ad nominationem Monachorum deputer unum ex ipsis praevio examine approbatum, & ad notum ipsorum amobilem, & cum Vicario sic deputato debet habitare unus dumtaxat alius Monachus, nec plures extra claustrum maneant, sed non ita censendum, si vellent deputare capellanum secularem ad nutum amobilem, hoc enim pertinet ad Episcopum, &c. ) & nota hæc ad quem hujusmodi nominatio pertinet, quoniam super ea vidi plures violentias in hoc nostro supremo tribunali tollendas trahere.

quætionem hunc examinat articulum, apud quem, & 164 ceteros citatos videbis, aliud esse dicendum in subrogatione per gratiam factam a summo Pontifice, quæ gratiosa vocatur, in locum, & possessionem, jusque demortui juxta regulam Cancellariæ de subrogandis collationibus, & ut plurimum ipsemet colligans subrogatur.

- 151 Et sic ad hos terminos reducendus Bald. consil. 17. factum sic proponitur lib. 5. in princ. & num. 2. qui motus ex dispositione c. quoniam, de jur. patr. dicit institutionem factam præsentato à minori parte patronorum esse nullam ipso iure refert eum Card. Tusc. tom. 6. lit. P. concl. 145. n. 3. & 5. nihil in comprobationem adducens, sed Bald. intelligendus est prout loquimur & secundum text. quam allegat, qui quidem illam conclusionem non probat, sed quod venit irritanda institutio, ut exactissime per eundem Lambert. supra relatum.
- 152 Nec obstat doctrina Gutierri. lib. 2. canonic. questio. cap. 11. n. 20. & 21. Nicol. Garc. de benef. 9. p. c. 2. n. 157. Riccii in pract. Eccles. juris. patr. dec. 191. c. 198. Cavalc. decis. 1. num. 1. colum. 3. & Rot. decis. 117. p. 2. divers. quos nonnulli allegant pro contraria parte, dum dicunt, quod regulariter instituendus est is præsentatus à patronis, qui à majori parte fuerit præsentatus, cui facillime respondetur, quod licet iure sit, quod debeat sic præsentatus institui, & ordinarius non faciens faciat injustitiam; non tamen nullitatem, Doctores id dicunt, non enim sequitur; probavi rem petitam meam esse, iudex contrarium declaravit, & sic contra justitiam; ergo nulliter fecit, & sic licet via & remedio appellacionis non suspensivæ possit revocari sententia, non tamen via nullitatis.
- 154 Unum tamen te admoneo, quod si ordinarius, dum vocum, & patronorum faciens comparationem in sententia, constaret evidenter, majorem partem pertinere alicui ex præsentatis clericis, & nihilominus faciendam institutionem alteri, cui facta computatione erronea vocum in sententia expressè, minor pars pertineat; declaravit ista sententia etiam si sumus in Parochialibus, esset appellabilis quoad utrumque effectum, cum sit nulla ipso iure, tanquam lata contra juris clari dispositionem clausi in corpore juris, distantis, ut institutio fiat ad præsentationem majoris partis patronorum, minore relicta text. in c. quoniam de jur. patron. cap. quia prater c. auditis, de electione, cum aliis; & ideo cum de facto constat indubitabiliter ex eadem sententia, jus est applicandum, aliàs erit nulla, text. in l. 1. §. item cum ff. quæ sententia sine appell. rec. l. si expressim. ff. de appell. l. 2. C. quando provocare non est necesse, c. 1. de sentent. & re jud. ut puta quando iudex declarat, ut supponat, aliter aliquem minorem 14. annorum, & declarat validum ejus testam. vel patrono non dandum 6. vel 4. menses ad præsentandum. Anchar. cons. 372. pro declaratione, in princ. Marfil. n. 20. Decius cons. 8. post princ. lib. 1. & requiritur quod sit error juris patenter & manifestus in sententia, ad oculum visibilis, habita relatione ad casum, & tenorem legis claræ, & publicæ, ac indubitabilis, prout est d. c. quoniam dispositio, non autem sufficit, quod oculo mentis & per subauditum intellectus percipiatur; nam si error ex expressa sententia non exprimitur, sed per relationem ad acta, non erit sententia nulla, testatur de communi Alex. cons. 66. attentis col. 5. vers. nec obstat, lib. 2. & proinde l. si expressim, & d. l. 2. ibi, tam manifesti juris, &c. text. in c. solet ibi, vel intolerabilem errorem in sententia fuisset patienter expressum, de sentent. excom. l. 6. c. venerabilibus §. fin. eod. tit. & ita tenent Innoc. Hostiens. in c. P. & G. circa fi. de off. delega. cujus dictum reputat famosum, & elegans singularique Anton. in c. ab excommunicato, de rescrip. & DD. in d. c. 1. ubi Felin. col. 8. de re jud. l. ff. in l. 2. col. 3. C. de errore calculi, expressum autem illud solummodo

Tamen in hujusmodi Vicariis perpetuis Parochialium unitatum concursus nullatenus necessarius est in eorum provisionibus; sed duntaxat ad nominationem seu præsentationem illorum, quorum dignitati, Monasterio, vel Ecclesiæ unita sunt, & annexa deputandos, & instituendos esse, text. in c. extirpanda, §. qui vero, &c. de monachis, de præbendis c. unico de Capellis monachor. in 6. & cle. 1. de iure patr. Abb. in d. §. qui vero num. 9. Petrus de Perus. in tract. de unionibus c. 11. quest. 6. Rip. responso. lib. 2. resp. 18. num. 4. Navarr. in cons. 11. de statu monachorum n. 3. & 7. Joan. Gutier. cons. 44. Rot. decis. 798. num. 5. p. 1. div. latè Gonz. de men. & alter. gloss. 5. §. a n. 19. ubi de materia Vicariorum, & præcipue à n. 50. cum seqq. & gl. 60. à n. 160. optimè etiam latè disputat. Nicol. Garc. de benef. 9. p. c. 2. à n. 285. nonnulla etiam in comprobationem applicat fundamenta Aloyf. Ricc. in pract. Eccles. concl. ad Eccles. Parochial. decis. 4. per tot. Caletus in sua Margar. selectorum casuum conscientia verb. Paroch. pro quo facit constitutio Pii V. 46. super declaratione portionum assignandarum Vicariis perpetuis Parochialium, quæ incipit ad exequendum, & in vers. volumus, ita loquitur: Volumus insuper, & ita 157 mandamus: quod dicti Vicarii perpetui, non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum, praevio examine, approbatione deputentur, &c. & ita pluries determinavit sancta Congregatio Conc. Trid. super decreto 7. sess. 7. de reform. ut super vers. Vicarios etiam perpetuos, &c. ita ait: Congregatio censuit, nominationem Vicariorum ad beneficiatos pertinere, & hoc etiam Pius V. dicta Bulla citata adducens, ordinarii, vel ejus Vicarii praevio examine approbationem necessariam esse, &c. & iterum alia super eodem vers. in hæc: Ex dicta Bulla Pii V. Calendis Novemb. anno 2. nominatio Vicariorum, & perpetuorum spectat Ecclesiis, seu locis, quibus dictæ Parochiales sunt unitæ, &c.

Et adverte quod eadem Congregatio Concilii ibi 158 super eodem vers. Vicarios etiam perpetuos, ad finem ait ita: Ad dictam nominationem faciendam poterit Episcopus præfigere terminum decem dierum, &c. quod

- 159 Pariter & eodem modo obiter est videndum an appellacioni interpositæ per colligantem superstitem à provisione, institutione, seu concursu facto super beneficio litigioso cedente, vel decedente colligacione possessore, vel non possessore per ordinarium non deferentem, vim fieri, sit dicendum, & quotidie in tribunalibus hoc solet declarari, vim fieri, & reponi, certissimum siquidem est, quod quando beneficii curatum, vel simplex super quo lis pendet, altero ex litigantibus cedente, vel decedente, sive in possessione, sive non ab ordinario, alius subrogandus non est in locum demortui, nec aliter providendum beneficii ne multiplicentur colligantes nec lites fiant immortales, ne supervenienti colliganti præjudicium irrogetur ex datione novorum adversariorum, text. est in c. 1. text. in c. 2. ut lite pend. lib. 6. clem. 1. eod. tit. plene Lancel. de attent. p. 1. c. 3. ex n. 97. usque ad fi. ubi 6. modis ampliatur & quindecim limitatur, aliisque declarat, exactè etiam & optimè Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 2. q. 3. à n. 97. & n. 102. Ricc. in pract. Eccles. concursus ad Eccles. Paroch. decis. 488. vers. tertio cessat.
- 160 Et per hanc prohibitionem ordinario non amovetur potestas prohibendi hujusmodi beneficia litigiosa in perpetuum, sed duntaxat, ejus suspenditur potestas, donec futurus litis declaretur eventus ad quem beneficii pertinet, ut in d. c. si. & d. clem. 1. si vero, docent Gomez. in regul. de triennali qu. 31. num. 9. vers. sic etiam dispositio c. 2. Simonet de reser. qu. 10. n. 5. Mandos. in regul. de impetrat. benef. per obitum famil. Card. quæ est 32. q. 9. à nu. 5. Covarr. in pract. q. c. 36. sub nu. 7. vers. quinto. Navarr. in c. accepta de restitut. spolia op. 10. solut. n. 30. Nicol. Garc. de benef. 1. tom. 5. p. c. 1. à n. 133. cum sequentibus, ad idem Hieronym. Gonzal. in regul. de men. in §. 7. præmissa qu. 3. ex n. 118. & in gl. 32. n. 40. quod eo usque censetur suspensa, quo usque, scilicet superstes per rem judicatam vindicatur, & ipsa res judicata habuerit effectum, fueritque executioni tradita, adeptioque sit possessionis subsecuta, ut sic decisum fuisse in Rot. cujus meminit Flamin. testatur ubi proxime n. 111.
- 162 Ac propterea nihil mirum, ut hujusmodi litigiosorum beneficiorum provisione faciendâ, factaque ab ordinario lite pendente, sive super curato, sive simpliciter appellacioni non deferens, vim fieri declaretur quotidie, ex hoc capite; scilicet, nullitas ex actis apparentis siquidem provisio, & subrogatio rigorosa facta per ordinarium cedente, vel decedente colligante, sive coram se pendeat lis, sive coram alio, est nulla ipso iure; ita statuit Bonifacius VII. in d. c. 2. ut lite pend. lib. 6. ubi gl. Joan. Monac. Gemin. Anchar. & Franchus. notant communiter Rot. dec. 10. n. 2. ut lite pend. in novis 163 Cassiad. d. 5. super regul. Cancell. Bellam. dec. 94. Moheda. dec. 178. vacante, ita ut ita provisus contra formam dicti c. 2. est de facto removendus à possessione Rot. dec. 3. de restit. spolia. in novis. Cassiad. dec. n. 4. eodem tit. Flamin. Paris. ubi supra d. lib. 2. q. 5. num. 108. qui quidem videndus omnino, optimè per totam illam

Ac ideo ex supradictis cum verum sit; ut nec ordinarius providere, patronus præsentare possit, nec elector eligere lite pendente, cedente, vel decedente uno ex colligantibus, ex Doctoribus jam citatis: ita nec ipse ordinarius per consequens concursum ad Parochialem litigiosam facere, ut absolute & generaliter loquens, multa fundamenta in comprobationem cummulans, tenet & bene defendit Gonz. in gloss. 6. à n. 142. quod tamen fallit in subrogatione gratiosa, facta per suum Pontificem, quando noluit ipse Pontifex eandem facere in colligantem superstitem, tunc enim in Parochialibus concursus adesse probat. Nicol. Garcia de benef. 6. p. c. 2. num. 170. & seqq. ubi adducit decretum sanctæ Congregationis editum 25. Junii anno 1504. ibi: Quando in illis summus Pontifex noluerit colligantem subrogare, verum jus demortui in alium transferre, &c. quia quia quia intelligendus est, & reducendus ad terminos d. declarationis, non aliter. Quoniam foret subvertere tot decreta, & constitutiones Canonicas, prohibentes provisionem horum beneficiorum, quam etiam declarationem (errorum foret manifestus contra dictam Congregationem) adhuc ipse Garcia ibi num. 172. cum seqq. declarat & reducit ad limites d. c. 2. ut lite pend. in 6. & d. clem. prima, 171 ut hoc casu facto concursu electo, ut magis idoneo non sit faciendâ collatio, sed est expectandus finis litis, sed si talis electus petierit, se admitti ad defensionem litis in statu, in quo est illo tempore, admittendus est pro suo interesse, juxta d. c. 2. vers. sic sane, & ibi gl. & Doctores, ut lite pend. lib. 6.

Et hæc conclusio d. c. 2. ut lite pend. lib. 6. & clem. 1. 165 procedit, & extenditur ad beneficia juris patronatus, etenim pendente lite super ipso iure patron. patronatus præsentare non potest, Calder. cons. 1. ut lite pend. Gemin. in d. c. 1. ult. nota. Paris. cons. 47. n. 13. vol. 4. & est communis opinio secundum Sarnerium de subrog. col. qu. 13. & de magis communi Rochus de Curt. de jur. 166 patr. verb. honorificè n. 53. q. 23. Sarn. dec. 31. Guidobon. dec. 104. ampliatur & limitatur pariter hanc conclusionem. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 4. à n. 52. usque ad fi. & quod beneficium non dicatur litigiosum, nec super eo lis pendere; quando esset dumtaxat mota super possessione; quia tunc sola possessio dicitur litigiosa, optimè plures allegans per Flamin. ubi proxime nu. 52. & 167 quod lis introducta super beneficio, ut unito, non efficiatur beneficium litigiosum, ut tenet Gonz. in regul. de men. & alter. gloss. 5. §. 7. n. 17. Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 1. n. 32. & quod minus dicatur litigiosum beneficium, quando pendet super privatione beneficii, nisi simul agens de privatione petat, sibi adjudicari, quia tunc litigiosum beneficium dicitur, latè plura adducens Flamin. d. lib. 2. q. 3. n. 56. & seqq. ubi alias limitationes adducit.

Ac ideo ex supradictis cum verum sit; ut nec ordinarius providere, patronus præsentare possit, nec elector eligere lite pendente, cedente, vel decedente uno ex colligantibus, ex Doctoribus jam citatis: ita nec ipse ordinarius per consequens concursum ad Parochialem litigiosam facere, ut absolute & generaliter loquens, multa fundamenta in comprobationem cummulans, tenet & bene defendit Gonz. in gloss. 6. à n. 142. quod tamen fallit in subrogatione gratiosa, facta per suum Pontificem, quando noluit ipse Pontifex eandem facere in colligantem superstitem, tunc enim in Parochialibus concursus adesse probat. Nicol. Garcia de benef. 6. p. c. 2. num. 170. & seqq. ubi adducit decretum sanctæ Congregationis editum 25. Junii anno 1504. ibi: Quando in illis summus Pontifex noluerit colligantem subrogare, verum jus demortui in alium transferre, &c. quia quia intelligendus est, & reducendus ad terminos d. declarationis, non aliter. Quoniam foret subvertere tot decreta, & constitutiones Canonicas, prohibentes provisionem horum beneficiorum, quam etiam declarationem (errorum foret manifestus contra dictam Congregationem) adhuc ipse Garcia ibi num. 172. cum seqq. declarat & reducit ad limites d. c. 2. ut lite pend. in 6. & d. clem. prima, 171 ut hoc casu facto concursu electo, ut magis idoneo non sit faciendâ collatio, sed est expectandus finis litis, sed si talis electus petierit, se admitti ad defensionem litis in statu, in quo est illo tempore, admittendus est pro suo interesse, juxta d. c. 2. vers. sic sane, & ibi gl. & Doctores, ut lite pend. lib. 6.

His adde quod præsentatio debet fieri personaliter, 172 id est sensibus corporis illius cui fuit præsentatio, aded quod præsentatus debet esse corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem, solum mittere instrumentum præsentacionis ordinario, ut per Sylvest. 3. p. q. 1. n. 6. & q. 2. n. 45. Rota in terminis dec. 3. de jur. patro. in novis. Achill. dec. 12. eodem tit. Rot. dec. 211. in novis. Fran. in c. §. verum in 1. not. de jur. patron. in 6. Rochus de Curt. in tract. de jur. patron. verbo, patronus, & juxta hanc opinionem fuisse in Rota resolutum in una Alculana Parochia 13. Januarii 1548. coram Anton. August. testatur Aloy. Ricc. in pract. jur. patron.